



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XCIII. Der Rath zu Lüneburg bekundet das Recht des Klosters Arendsee  
auf einen Antheil an der Saline, am 5. Mai 1355.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

beate virginis todidem referuabunt ex curia antefata. In quorum omnium premifforum testimonium Sigillum nostre ciuitatis est appensum. Hii fuerunt protunc Consules Johannes holthufen, Henninghus grothe, Storcow, zabellus de Bryceke, hennekinus scilt, hennekinus Barfwich, Thidekinus rodolphi et Arnoldus crewese. Hii fuerunt vero tunc Scabini Ghiso barfwisch, henninghus holthufen, hinricus osterborch, henninghus grothe, Arnoldus storcow, Stephanus futor et Arnoldus Prouest. Et hii fuerunt testes et sunt ad prescripta Thidekinus hasenbalch, Judex in premiffis, et deghenardus Cannenberch, prefectus dicte ville, qui habuit in dicta villa Jus supremum cum suis villanis, necnon zabellus de Bryceke et hinricus Bernardi fratres. Et nos Johannes prepositus in Arneffe et Priorissa ibidem in maiorem certitudinem omnium premifforum huic littere nostri conuentus Sigillum iussimus subappendi. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quinquagesimo primo, ipso die beati stephani prothomartiris gloriosi.

XCIII. Der Rath zu Lüneburg befundet das Recht des Klosters Arendsee auf einen Antheil an der Saline, am 5. Mai 1355.

Nos Consules Ciuitatis Lüneborch, Johannes Beue, Hartwicus de salina, Hinricus Miles, Leonardus longus, Ditmarus de Molendino, Johannes Viscule, Hinricus de arena, hartwicus de salina Junior, Albertus hoyke Senior, Johannes de pentze, Johannes Borchdorp, hartwicus abbenborch, Tenore presencium publice protestamur, quod dudum retroactis temporibus Hinricus Bertrammi, faber ac vxor eius Mechtildis bone memorie, dum uiuerent, dederunt et donauerunt Conuentui Monialium monasterii in arneffe pie dimidium chorum salis in salina lüneborch quolibet flumine in domo Soderfinge in sartagine Wechpanne Jure perpetuo ad dextram manum sita, cum itur in ipsam domum, percipiendum et tollendum. Itaque moniales dicti Conuentus in Arneffe memorias perpetuas dictorum Hinrici et Mechtildis in eorum anniuersariis deuote debent perhenniter obseruare. Huius eciam dimidii chori salis possessionem dictus Conuentus monialium in Arneffe in contradictorio Iudicio optinuit secundum Jus salinare, domino hinrico Werder dictum dimidium chorum impetente. In cuius facti euidentis testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quinquagesimo quinto, in die Beati Godehardi episcopi.